



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117921

§. 3. Concilium Metense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)

§. III.

*Concilium Metense.*Sæculum IX.
A. C. 888.

Sub idem tempus celebratum Concilium Metense, in quo similes ferme tom. 9. Conc. p 412. Canones conditi. Convocatum est in Ecclesia S. Arnulphi a Ratbodo Archiepiscopo Trevirensi, quocum erant Robertus Episcopus Metensis, Dado Viridunensis, & Arnoldus Tullensis. Canones autem sunt numero tredecim. Dominis Laicis interdicitur, aliquam partem Decimarum Ecclesiarum suarum accipere (puta illarum Ecclesiarum, in quibus Jure Patronatus gaudebant) Presbyter duas Ecclesias non possideat, quia humanæ vires ad unam regendam vix sufficiunt, & curam animarum utilitatis suæ causa suscipere non debet.

c. 2.

c. 3.

c. 4.

Pro labore sepulturæ nihil petatur. Presbyteri in Synodo libros suos & vestes Sacerdotales Episcopo exhibeant. Iidem nec arma portent, nec more Laicorum vestiti incedant.

Cum Gumbertus Primicerius Metensis contra Judæos illius Civitatis querelas movisset, interdictum est Christianis cum hominibus perfidæ gentis cibum sumere.

c. 7.

Duæ Moniales, admisso crimine, e Monasterio S. Petri ejectæ fuerant. De quibus statuit Concilium; eis reddendum

c. 9.

- Sæculum IX.
A.C. 889.
- dum esse velum monasticum, & in carcerem Monasterii esse mittendas, ubi arcto pane & aqua brevi contentæ esse juberentur, donec satisfacissent. Diacono, sacrilegii convicto, ministerium interdicatur, carceri includatur, & omnes pro ipso orent. Cum quidam Presbyter nobilem suæ parochiæ feminam, quæ a marito discesserat, & adulteræ fratrem, flagitii complicem, a scelere revocare conatus fuisset, probrose mutilatus fuerat. Igitur conscii ad iudicium vocati, & contumaces excommunicati sunt. Præterea quidam alii aliorum criminum rei nominatim excommunicati.
- c. 10. Veteres etiam Leges, ne quis cum excommunicatis communicet, renovantur;
- c. 12. Servi tamen eorum, Liberti, & Vasalli excipiuntur.

§. IV.

Statuta Riculfi Sueffionensis.

- tom. 9. Conc. Riculfus Episcopus Sueffionensis Parochis suis anno octingentesimo octogesimo nono Constitutiones dedit superiorum Conciliorum Regulis admodum consentaneas. Continent vero etiam
- n. 3. particularia notatu digna. *Magna cura & devotione, inquit, cantate Horas Canonicas, Primam, Tertiam, Sextam, Missam, quam quotidie celebrabitis, Nonam, Vesperas, Completorium & Officium*